FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, || Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTA. XXXIIII.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

Visual Library

cognoſcendi alia. ſi per alias relationes, quæro de alijs rationibus ex quo ſunt intelligibiles per quid cognoſcuntur, ſi per eſſentiam, ſicut prius. ſi p alias, proceſſus in infinitum, nec poteſt dici, quod ſunt cognoſcibiles per ſeipſas, quia quodcunque obiectum intelligibile etiã minimum, natum eſt formare in intellectu conceptum ſuum, ſicut in paſſo approximato, ſed ſi intellectus diuinus intelligit infinitas relationes per ſe vileſceret, quia pateretur, vel reciperet aliquam perfectionem formaliter ab aliquo, quod formaliter non eſt Deus.

¶ Dicitur, quod intelligit, vt obiecta non mouentia intellectum, ſed intellectus de ſe mouet ſe ad intelligendum talia intelligibilia, ſiue cognoſcibilia.

¶ Contra, aut intellectus ſe ſolo mouet ſe ad intelligẽdum iſtas relationes diuerſas, aut eſſentia ſola, aut iſtæ relationes ſolę mouent. Si iſtæ relationes ſolæ mouent, vel etiam particulariter vileſceret intellectus diuinus: ſi eſſentia ſola, habeo propoſitũ. ſi intellectus ſolus, ergo ſe ſolo eſt ratio cognoſcendi diſtincta, quod eſt prius negatum.

¶ Item intellectio lapidis eſt perfectio ſimpliciter, & per conſequens infinita, ſed relatio rationis, qua per te eſſentia determinatur, eſt finita, & ens minutum. 6. met. ergo nõ poteſt eſſe ratio cognitionis alterius finiti.

DISPVTA. XXXIIII.

Vtrum intelligi lapidis a Deo neceſſario concomitetur in lapide aliquod eſſe reale extra intellectum diuinum.

VTRVM intelligi lapidis a Deo neceſſario concomitetur in lapide aliquod eſſe reale extra intellectum diuinũ. ¶ Quod ſic, omni exemplari in actu corñdet exemplatum in actu, ſed Deus eſt cã exemplaris lapidis, & hæc ĩ actu, tale eſt reale, ergo minor patet de ſe. Maior probatur per hoc, ꝙ relatiuũ requirit correlatiuũ in actu, exemplar refertur ad exẽplatũ. ergo exemplar in actu ad exemplatum in actu. ¶ Item ſcĩa non dr̃ realis niſi ſit obiecti realis, ſcientia Dei reſpectu creaturarũ eſt maxime realis, quia maxime metaphyſica, ergo obiectum ſcitum ab ipſo eſt ens reale, quia quale eſt ens, tale eſt eſſe, nec poteſt dici, quod illud eſſe non eſt aliud ab eſſe diuino, quia Deus cognoſcit ea in proprio genere, & ſic habet ſciẽtiam de illis, vt ſunt aliud a ſe. ergo habent eſſe reale aliud ab eſſe diuino.

CONTRA, terminus creationis eſt omnino non ens, ſed ſi lapis ante productionem habuit aliquod eſſe reale, non fuit omnino non ens, ergo non potuit produci per creationem, quod eſt inconueniens.

¶ Item per auctoritatẽ Augu. 5. ſuper Gene. loquitur de electis. Illos ab æterno Deus apud ſe habuit, non in ſui natura, qua nondum erant, ſed in ſui præſentia, qua illos nouit, ac ſi eſſent.

ſent. ¶Dicitur, ꝙ non, quia ſi lapis intellectus ſit res, aut accidens, aut ſubſtantia: non ſubſtã tia, quia illius ſit propria ratio ſubſiſtere. ſequitur, quod ſubſiſtentia eius fuiſſet ab æterno, & per cõſequẽs nihil poſſet Deus facere de nouo: ſi accidens, cũ accidentis ſit ineſſe ſubſiſtenti, ſequitur quod prius, ergo nullo modo præceſſit creationem, vt res alia. ¶ Item ſi ſic, aut habet eſſe creatum, aut increatum. nõ increatum, quia tunc eẽt Deus. ſi creatum, ergo totum ſecundum ſe nouum. ¶Item Aug. ad Voluſianum, tota ratio facti eſt potentia facientis in rebus mirabiliter factis, ergo nihil præfuit eius, quod producitur.

¶Ad primum dico, quod cauſæ in actu correſpondet effectus in actu, verum eſt in actu intellecto, ſed non in actu reali, realitate propria cauſati. ¶Ad ſecũdum dr̃, ꝙ ſcientiæ reali correſpondet obiectum reale intellectũ, non reale ſub proprio actu, & in proprio genere, & hoc ſufficit ad ſcientiam realem.

CONTRA pedem quæſtionis arguitur ſic, ſubſtantia dicitur de quiditate ſubſtãtiæ, quæ eſt natura, vt prima ſubſtantia, & etiam ſecundum perfectiorem rationem realem, & accidens dicitur de quiditate accidentis, & ipſo vt ſubſiſtit in ſubiecto, ergo negare ſimpliciter in communi aliquo per defectum alicuius infimi, & poſtremi in genere illo, eſt facere fallaciam conſequentis. ¶ Item ratio quiditatis eſt naturaliter prior rõne ſuppoſiti, & primæ ſubſtantiæ. ergo non oportet ad negationem poſteriorum ſequi negationem prioris eſſentialiter, & hoc ita concludit de ſubſtantia, & accidente, & de rõne eorum quiditatiua, & de ratione ſuppoſiti. ¶ Item licet incõueniens ſit aliquid ſimul eſſe creatum & increatum ſecundum aliquod eſſe. tamen ſecundum aliud eſſe, poteſt eſſe creatum ſicut ſm eſſe in intellectu diuino eſt increatum, & ſm eſſe extra, eſt creatum. Et tunc arguo, exemplatũ terminat actũ exemplaris, ſm illud eſſe qđ eſt producibile ab exemplari, ſed lapis eſt producibilis ab exemplari ab æterno, & hoc eſt in eſſe reali, ergo ab æterno terminabit actũ exẽplaris ſm illud eſſe, ergo. ¶ Item, ſi ſcientia realis eſt obiecti realis, ergo de obiecto non reali non eſt ſciẽtia realis, ſed Deus ab æterno intellexit lapidem, ergo ſi non fuiſſet lapis in aliquo eſſe reali, nõ habuiſſet Deus de eo ſcientiam realẽ, qđ eſt inconueniens. ¶Itẽ non tm̃ intellexit ſe, ſed alia a ſe ab ęterno, ſicut & modo intelligit: ſed alia a ſe non intelligit, vt ſunt in ſe, quia ſic ſunt idẽ qđ ipſe, ergo ab ęterno intellexit alia a ſe extra ſe. ¶ Item ſcitum a Deo refertur ad Deum, ſicut menſuratũ ad menſuram, ſed relatio menſurati ad menſuram eſt realis ex parte mẽſurati maxime ergo ſcitũ qđ ſic refert̃ eſt res. ¶Itẽ. 7. metaphyſicę cãæ in actu corñdet effectus in actu ſm idem gñs cauſę. ¶Ad primũ dr̃, ꝙ hoc non eſt formalis conſequentia ſubſtantia, ergo ſubſiſtentia, tñ hęc eſt bona cõſequẽtia, ſubſtantia eſt realiter extra aĩam, ergo ſubſiſtit, quia nunq̃ ſm rẽ ſeparant̃. iõ ſi quiditas ab ęterno ſuiſſet realiter, tñ nunq̃ realiter eſſet, niſi in ſubſiſten-

te

te concomitantur ſubſtantiam realiter fuiſſe ab æterno.

CONTRA, dicit aduerſarius, non eſt probatum, quin quiditas poſſet eſſe exemplatū, & ſic poſſet hr̄e eſſe reale ſine partialitate quiditatem. Iō ponitur alia rō fundamentalis talis, omnis entitas quæ nō eſt Deus hēt entitatē a Deo, & prius nihil erat, ergo eſt productū, reſpectus non habet eſſe a ſe, ergo a Deo, & non de aliqua materia, ergo de nihilo, & ſic creat̃, & ita creatio eſt prima productio. ¶Item creatio non eſt niſi reſpectu eſſe exiſtere, ſed ab æterno habuit eſſe quiditatiuū, & eſſentiæ ad quę nō terminatur creatio, ſ. eſſe intelligibile, & eſt productio rei in eſſe intelligibili, ergo creatio non eſt prima productio. ¶ Itē ab ęterno fuerunt in eſſe volito producto, ergo prius in eſſe intelligibili, ergo relatio non eſt prima productio, infert ex iſta quatuor ſequitur lapidem habuiſſe ab ęterno verū & reale eſſe, quia ſi lapis ex ſe non hēt aliqđ eſſe, cum lapis ex ſe in nullo eſſe hēt neceſſe eſſe, ergo in omni eſſe eſt productū & creatū, ergo eſt productū in eſſe intelligibile, ergo creatio non eſt prima productio. Vñ ſi ſit cum ſit ab æterno creatum in eſſe intelligibili, ēt oē creatū eſt productum in eſſe reali ſm te. ergo ab ęterno habuit verum eſſe reale, &c.

CONTRA iſtas rōnes, ꝙ eſſentia, & exiſtere non differūt ſecundum eos, & ideo ſi eſſentia ſit ab ęterno, ſequit̃ ꝙ creatio ſit ab æterno. ¶Reſpondeo, licet alia opinio concedat̃ contradictoria, tñ ſi dēt argui contra eā, conuenienter dēt argui per aliquid prius maximū, qđ poſſet concludere maius inconueniens, q̄ qđ ponitur, & nō debet argui contra eā p illa, q̄ ſequuntur ad illā, tanq̄ inferiora ad ſuperius, vel per ea quæ continent̃ ſub ea: ſed ꝙ creatio ſit ab ęterno, & ita exiſtentia non eſt magis inconueniens, q̄ qđ ponit̃, q̄ ēt dicere exiſtentiā ſm totā realitatem eius pręcedere ab æterno, nec quod non poteſt Deus annihilare aliquam rem, concederetur ab opinante, & ita per iſta ſufficienter arguitur contra eum, &c.

¶Contra, tunc creatio Moyſi nihil eſſet, q̄rgn̄atio, ſi aliquid præfuiſſet ab ęterno ſm aliqđ eſſe reale. ¶ Dr̃, ꝙ non, quia aliquid exiſtens præcedit in generatione tantum generationis, vt materia realiter exiſtens, vel aliquid hm̄oi in motu & mutatione pręcedit ſubſiſtens, & nō tm̄ materia exiſtens.

¶Cōtra. in euchariſtia, quādo trāſubſtantiat̃ panis in corpus, ibi conuertit̃ eſſentia panis in eſſentiā corporis, alioquin totū nō conuerteret̃, ergo totaliter annihilatur eſſentia panis. ¶Dico, ꝙ tranſubſtantiatio eſt ſubſtantiæ in actu in ſubſtantiā in actu, q̄ ſunt termini illius mutationis non eſſe eſſentiæ, ſed eſſe exiſtentiæ, ita ꝙ ante creationē mundi non potuit tranſubſtantiare vnū in aliud, vt panem in corpus, nec manent ibi duo eſſe proprie, quia eſt eſſe exiſtentis in propoſito, ſed tm̄ iſtę duę eſſentiæ. ¶Contra, Deus pōt conuertere quiditatem in quiditatē. ¶ Rn̄deo ꝙ non, quia vtraq; formal̃r eſt neceſſaria. ¶Contra generatio eſt de non eſſe ad eſſe, ita quod accidit ſibi, ꝙ aliquid

quid ſibi ſubſiſtat. tunc creatio eſt generatio. ¶Item producens aliquid, & cognoſcens, cognoſcit omne illud, quod producitur, & non eſſe, & prius nõ eſſe, quam eſſe, ergo oĩno nihil præſupponit. ¶Ad primum dr̃, ſicut prius, ꝙ gñationi p̃ſupponit eſſe exiſtentiæ, creationi aũt tm̃ eſſe eſſentiæ. ¶Ad ſecundum, ꝙ falſum eſt quod aſſumit, Deus enim licet intelligendo produceret filium, non tñ cognoſcit non eſſe filij. falſum eſt ergo, qñ per cognitionem aliquid producitur. Vnde reſpectu illorum Deus, non dr̃ agens artificiale, ſed producit illa, vt natura, non vt cognoſcens. ¶ Contra primã reſponſionem, q̃ro de eſſe exemplari, aut exiſtere eſt alia eſſentia ab eſſentia exiſtentiæ, aut eadem eſſentia. ſi eadẽ, ergo creata vna creatur altera, & ſi vna ab æterno, & altera. ſi eſſe exiſtere ſit, vel alia eſſentia aliud ab eſſe exiſtentiæ, & quælibet res ſecundum iſtos, ſed eſſe eſſentiæ, eſt ab æterno. ergo adhuc eſſe exiſtentiæ ſm̃ eſſentiam erit ab ęterno, & tunc vlterius erit qõ, quæ prior, de exiſtere & eſſentia eius, vtrum ſint eadẽ, vel non, vt prius, & eſt proceſſus in infinitum. ¶ Ad primum dicit, ꝙ actio ſecundi agentis præſupponit eſſe exiſtere alicuius, & termini primi agentis, vt exiſtere. ¶Contra, cognoſcens producẽs aliquid prius cognoſcit illud. ¶Reſponſio. falſum eſt qñ illud per cognitionem producit. Vñ reſpectu iſtorum, Deus eſt naturalis artifex, & omnia producit vt natura, non vt cognoſcens in eſſe eſſentiæ. ¶ Contra. gñatio eſt de non tali ad tale. i. de non eſſe exiſtere ad eſſe exiſtere, ergo generatio eſt creatio. ¶Reſponſio verum eſt, ſi non exiſtere dicat priuationem, quæ eſt in materia.

CONTRA, quiditas magis habet intelligibilitatis, quã materia, ergo magis hẽt actualitatis, quam materia, ergo ſi materia prohibet creationem, magis quiditas. ¶Dr̃, ꝙ eſſe exiſtere, & eſſe quiditatiuum ſunt eſſe alterius rationis, & iõ non comparabilia, & ideo non poteſt concludi, ꝙ vnum ſit magis ens, quam aliud, cum vnum ſit aliud ꝑ virtutẽ infinitã, quia poteſt vertere albedinem in Angelum. Vnde vno modo quiditas eſt intelligibilior, & magis ens. quia prior aliquo mõ. Aliter eſſe exiſtens eſt magis ens, & actualius, quia imitatur Deum ſecundum duplicem rõnem cãſalitatis, exemplaris videlicet & efficientis, ideo habet creationẽ, quia talis entitas eſt in termino ad quem. Aliud eſt in termino a quo, & econuerſo.

¶ Ad argumenta in oppoſitũ dr̃, ꝙ eſſe volitum lapidis ab æterno eſt eſſe, ꝙ lapis hẽt modo, & omne creatum voluit ab æterno modo eſſe. ¶Ad aliud, ꝙ intelligi lapidis, non dicitur ab intelligi Dei. &c.

DISPVTA. XXXV.

Vtrum relatio creaturæ ad Deum ſit realiter ipſa eſſentia creaturæ, vel alia res ab eſſentia creaturæ.

VTRVM relatio creaturæ ad Deũ ſit realiter ipſa eſſentia creaturę, vel alia res ab eſſentia creaturæ. ¶Quod non, quia omnis re-